Quodlibetaria Quæstio agit^da In Scholis Medicorũ die 13° Januarii

M. Stephano Furnio Moderatore.

An morbi oẽs vel Intra, vel Extrinsecus nascuntur?

Ut sanitas est ipsum naturæ καλόσδωρα quod cernitur in toto Corpore, partibusq; omnibus naturalis Constitutionis: ubi est principatum facultatisq; integritas, et inde actionum perfectio vitalium, naturalium, et animalium: nam actiones humanæ sunt mentis divinæ, cuius quidem regnum est in sano judicio, sicut unica ægritudo in opinionis errore, qui cum modum, et meta melancholiam veram ostendit: sic rerum illarum et naturæ egressio est morbi cuiusq; si actiones in vitio sint, quarum vel læsio est partis affectus, sic læsionis vera et speciei affectionis ipsius.

Egressionis partium, spirituum et humorum morbificas fundamentum et ὑπόθεσις est intemperies, inconvenientia, et unitatis solutio. Nam formas nullus est morbus: et qui totius substantiæ dicitur, à tribus illis principia causasq; ducit. quin etiam morbi omnes divini sunt dei permissu, vel jussu. Nam quibus est illud τι θεῖον, eorum notitia nequaquam comparari debet, et potest quam reliquorum: atq; illud θεῖον non minus venit ab iis quæ intra sunt insitis, quam ab iis quæ sunt extrinsecus: spiritu et diæta.

Morbi nascuntur intra, σύμφυτοι, σύγχροοι et innascentes ac σύμφυτοι quidem sunt qui parentum ~~Lata~~ Sate, vel matrum Conceptu, et Nutricatu in utero sunt ἀειζῶον προϋπάρχον. Etenim tam Satu quam Nutricatu pullulant, qui contra ætatum jura suæ propagati manifesta se se ostentant, ut puerorum nephritis podagra, lues, Catharrus dorsalis, hæmorrhoides, Cancer, quorum omnium nulli ætatum modis prævideri pubertatem (Nam tæniarum origo, solum in utero non est à semine, sed à puerili alimento) sicut Noctua à 42° ad 63^m (qui falsò et superstitiosè fatalis Climactericus dicitur) Strumæ, neq; Calculus in vesica, nisi primis extitere. σύγχροοι autem sunt qui cum ætatibus oriuntur et desinunt, ut puerorum Epilepsia, quæ fervidior nativi caloris in pubertate evolvit. Nam Calculus puerorum, qui solum gignitur in vesica crescendi finem non facit, donec ad ultima venitur sive senectutis, et vitæ.

Sed illi quoq; intra sunt morbi ætatum, puerilis Epilepsia, Calculus in vesica, puberum hæmorrhagia, juvenum phthisis, virorum hæmorrhoides, senum stranguria, et asthmata, tum alvi profusiores quæ in juventa sæpius obstructiones, nam à diætæ vitio genus omne morborum cadit in omnes ætates ut contra earum naturam, pueri sunt nephritici, atq; pleuritici. Etenim à diæta sanguis in vitio est, corruptus à pituita, et bile, unde etiam pueriles podagræ, tum calculus ignis à vino marasmum infert περιφρύγη, et ἀνορεξίαν hepati, unde hydropes veniunt ante diem, et præcubra quoq; proluvies insanabiles. Capitis autem repleti symptomata sunt in prompta, paraphorica, cataphorica, cephalalgica, et catarrhoica denique morbi omnes sporadici à Diæta, eveniunt in omni ætate, quod juvenem et media ætas ipsa per se non gignit, neq; admittit.

At verò spiritus inclementia, quam tempestatum infert defectio, viciditasq; spiritus conspurcatio, non quidem à Cælo, et astris, sed tantum à solo et locis peregrinis: morbos immittit, illa quidem simplices epidemios, hæc autem vernaculos: utraq; tamen τὴν ἐπιδημίαν ὄλεθριον id est Calamitatem mortiferam, quæ vera pestis est, sub diversorum specie in hominum vitam invadens (unde nulla est insolens) atq; illa partim Corruptione Corporis, et humorum, partim veneficii noctivi ~~affectione~~ infesto inflammatio, partim etiam dissipatio ipsius, aut infectione, vita morte funesta est ob vitam ἀναιρέσαν à cerebro, et partium spirabilium offensione, tam vitam in corde λειποψυχίαν quas vel sublato usu micandi nobis ignis habens aliunde profusione, vel ipsa facultate infectam.

Ergo morbi oẽs vel intra vel extrinsecus nascuntur.

Proponebat Lutetiæ m. Joannes Buretus filius A. M D. L xxxiii.

Dom. Doct. Disput.

M. Joannes le Pescheur. M. Claudius Rebours. M. Joannes Stellatus.

M. Jacobus Marant. M. Bartholomæus Perdulcis. M. Ludovicus Cochin.

M. Petrus De la Mer. M. Bonaventura Granger Dec. M. Nicolaus de Cormeilles.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE